

Col. Sueret: J. W. Knackfus  
JOACHIMI CAMERARII 1605

# SYMBOLORUM EMBLEMATICUM

Centuriæ quatuor

QVARVM PRIMA  
**S T I R P I V M**

SECUNDA

ANIMALIVM QVA-  
DRUPEDIUM

TERTIA

VOLATILIVM ET IN-  
SECTIUM

QVARTA

AQVATILIVM ET RT-  
PTILIVM

Rariores proprietates Historias ac sententias  
memorabiles non paucas breviter  
exponit.

ULTIMA EDITIO.

**M O G V N T I A,**

Sumpt,

**LUDOVICI BOURGEAT.**

Academiæ Bibliopolæ.

M.DC.LXXVII.

JOACHIMI  
CAMERARI<sup>II</sup>  
SYMBOLORUM  
*ET*  
EMBLEMATUM  
CENTURIA II.

## IV.

NON ERGO VERTAR  
INULTUS.

*Vincere, vel pulchra laus est occumbe morti,  
Sed tremulo à pugna turpe redire gradu.*



**R**Hinoceros à cornu quod in naso únicum habet,  
quasi naricornis dici potest. Martialis de gemino  
cornu licentia poetica loquitur, cum alterum in dorso  
potius tuberosum quippiam, non proprie cornu sit.  
Taurum Æthiopicum Pausanias lib. V. & lib. IV. vocat

nec

recapparet Aristotelem hujus animalis fecisse in suis  
scriptis mentionem. Hujus accuratam designationem  
curavimus exprimi ab ictone in æs eleganter incisa, ex  
Hispania nuper allata. Tradit autem Suetonius Au-  
gustum Imperatorum primum Populo Romano Rhi-  
nocerotem spectandum exhibuisse, quamvis Plinius  
hoc Pompeio Magno ascribat. Alterum hunc habent  
hostem, Elephas cum cornu ad saxa limato sese ad pu-  
gnam præparet & in dimicazione cum Elephanto al-  
vum adversarii ut molliorem petat. Eamq; pugnam  
describit quoque Opinianus lib. II. de Venatione, ac  
exemplum commemorat Munsterus lib. V. Cosmo-  
graphiæ, ubi Elephas à Rhinocerote victus succubue-  
rit. Quod si ventrem hostis sui non præoccupaverit  
Rhinoceros (ut Ælianus refert) proboscide Elephanti  
feritur, ac dentibus tandem dilaniatur. Hoc Symbo-  
lo usus est Alexander, Dux Florentinus, gener Caroli  
V. Imp. Roman. eo innuens, pro conquirenda nomi-  
nis gloria, atque insuper ad imperatoris sui existima-  
tionem propagandam, magno animo se nullum peri-  
culum subterfugere, atque eam ob causam vel præcla-  
ram victoriam reportaturum, vel ipsam etiam mor-  
tem subiturum esse. A scriptum fuit dictum Hispani-  
cum, NON BVELVO SIN VINCER, id est non  
discendam sine victoria, alludens ad versiculum Mar-  
tialis:

*Rhinoceros nunquam vicitus ab hoste redit.*

— ( \* \* ) —

V.

## VIM SUSCITAT IRA.

Non temere cœcam vir fortis fertur ad iram,  
Iusta sed indignè lasus in armariuit.



Rhinocerotem non nisi admodum irritatum ad  
iram provocari, & commotum illam ægrè de-  
ponere, Pierius in Hieroglyphycis annotat unde ex-  
candescientiam vehementem, post lentitudinem ira-  
scendi, per hoc animal veteres ex Oro indicasse refert.  
quod etiam ex Martiale colligitur, qui hoc de eo epi-  
gramma composuit,

Selli-


Sollicitant pavidi dum Rhinocerota Magistri,  
Seque diu magna colligit ira fera.

Desperabantur promissa pralia Martis,  
Sed tamen is rediit cognitus ante furor.

Namque gravem gemino cornu sic extulit ursum,  
Laetat ut impositas taurus in astra pilas.

Sic quoque viri fortes, nisi valde irritati, & aliqua insigni injuria stimulati, non cito deponunt animi sui moderationem, sed adjustam indignationem nimium provocati, tandem sese acrius incitant, & egregie viros exhibent. Quemadmodum autem ejusmodi heroicus imperius in magnis viris merito locum suum habet, ac laudem quoque meretur, sic absque discrimine non ubique imitandi sunt, sed potius aurea sententia ante oculos habenda, QUO MAJOR, EO PLACABILIOR. Quod dictum Nic. Reusnerus in Symbolis Imperat. prolixè explicat Arist. quidem affirmat in Eth. τοις αὐδείς εἰναι θύμοις, fortes esse iracundos, & πόνοις θυμὸς ἀτθητικός συνεγενῆς, iram adjuvare eos, adducto etiam ibi Homeri testimonio. Sed Euripides præclarè φησι, σωφρονεῖσθαι οὐαὶ γηνίαν, εἰναι τοῦτος σοφῶς αὐδεός, id est, sapientis esse operam dare, ut moderate indulgeat ira. Versus autem integri, unde hæc desumpta sunt, leguntur apud Virgilium de Entello,

lib. V. Aeneid.



## XII.

## NIL INEXPLORATO.

*Te quoque serpentum sitiunt mala seclæ ferarum.  
Explora & cautus tetra venena fuge,*



**S**Æpe admiratus sum, qui fiat, quod in tam indeſſo hominum studio investigandi etiam in remo-tiss. regionibus varias res incognitas, nihil tamen ad-huc certi vel perpearam explorati habeamus de ipso Monocerote sic propriè dicto cum etiam apud veteres autores de illo variæ opinio[n]es reperiantur. Et quam-vis

vis alia pluria animalia rara Romani populo spectanda exhibuerint, apparet tamē ex historiis hoc animal nunquam illos ostendisse. Est autem hoc Symbolum de sumtum ex veteri nummo è cuius una parte Monoce ros conspicitur, cornu in aquam intingens, ex altera inscriptio, ΝΥΣΑΙΩΝ, id est, Nysæ orum, Indiæ nimirum populorum. Notum autem est tribui huic cornu hanc peculiarem vim & proprietatem, quod contra pleraque venena sit admodum efficax, unde quidam perhibent, priusquam Monoceros ex aquis impurioribus, quas circa aspides & alia genera serpentum ac venenatarum bestiarum stabulantur, bibat, cornu suum in illas immergere & quasi depurgare salubrio resque reddere. Qua similitudine docemur beneficio sapientiæ atque laudabilis doctrinæ, in rebus dubiis ac periculis, posse nos omnes difficultates & remoras, quæ à virtutis & honestatis via avocant, removere, & mala à bonis segregare. Bartholomæus Alvianus Dux militaris Venetus, ascribi curavit in suo vexillo, VENENA PELLO, innuens se in star unicornis noxia & venenata animalia fugantis, sua virtute bel lica contrariarum partium hostes esse extirpatum.



Bb

HOC

XIII.

## HOC VIRTUTIS AMOR.

*Quem non vincat amor caste virtutis & ardor  
Virtus tanta potest, vincat ut illa feram.*



Primus (quod ego sciara) inter scriptores non adeo antiquos hujus Symbolicæ potius quam veræ inventionis author est Joh. Tzetzes in libro variarum, historiarū qui vixit circa annū à Christo nato M. D. LXXXVI. Idem postea tradiderunt Albertus Magnus & alii. Isidorus quidem autor Tzetze multò antiquior lib. XII.

Ety-

Etymolog. capit. II. scribit Rhinocerotem amore virginis denudatæ capi : videtur autem Rhinocerotem cum Monocerote (quod & aliis accidit) per errorē confundere , cum magnum inter has feras sit discrimen. Hi igitur ~~μενδολογίας~~ scribunt , unicornem odore, & amore castæ virginis captum , omni ferocitate deposita , ad eam accedere , caputque in ejus sinum ponere , atque ita tandem somno obtutam capi. Quam alegoriam Gesenerus putat inde esse natam , quod rerum Naturalium autores scribant , unicornem sui generis feras quoque hostiliter persequi , nec aliter cum fœmina assuescere , nisi libidine stimulatum. Typus est castæ & puræ vitæ , qualis in primis virginibus convenit , qua non solum hominibus moderatis summoperè probatur , sed etiam à ferocioribus magni fieri , & ad se amandum allucere solet. Sic apud Senecam in Hercule furente Lycus quazat à Megara , an,

*Objici feris monstris virtutem putet ;*

*Quæ respondet :*

*Virtutis est domare qua cuncta pavent.*

**Nonnullis potius placuit ascribere adhanc picturam,**

**VIRTUS SECURITATEM PARIT.**

**Aliis autem , OPTIMA INSIGNIA.**

6(0)90

## XIV.

## PRETIOSUM QUOD UTILE.

*Commoda quæ est usu non fama, res pretiosa est  
Displacet hæc paucis, at placet illa magis.*



**V**T corru Monocerotis non per se in tanto pretio habetur, sed propter ipsius contra venena efficacitatem & utilitatem desideratur, ita monemur in universa vita, non in opinione nudæ æstimationis solummodo, sed experientia & usu cuncta esse perpendenda, cum nihil sit in pretio habendum, quod non etiam sit

verè

verè utile & fructuosum. Horatius sanè usum divitiarum & partorum bonorum non frustra toties nobis inculcat. Igitur præceptis ejusmodi admoniti, meritò etiam diligenter sumtus temperare ac metiri debemus. Quam enim multis (sc. cundum Socratem apud Platonem) iuutilibus & superfluis quoque carere possumus? præsertim hoc nostro superbo atque sumtuoso sæculo, ubi copia rerum non adeo necessariarum, & effusissimi luxus prodigalitate passim omnia, qua publicè qua privatim in pejus ruunt, paulò post(ut timendum) præcipitem casum allatura. Nam aurea ista frugalitas, quam διδάσκαλον σοφῶν οὐδεὶς δρίτων βούλευται Sophocles nominat, id est, magistrum consiliorum, passim spernitur, atque è medio pellitur, è contrario autem crescit πολωπέλεια (juxta veterem Græcum scriptorem, Ecphantem Pythagoricum lib. de Regno, citante Stobæo) μήτηρ τᾶς αἰνεγοΐας, αὖτι δὲ μᾶσοβειθός, εἴδης τῶν τινων αὐτοῖς περιγόντων τὰ πλεῖα, id est, Luxus & profusio, quæ est incontinentiæ mater, hujus verò petulantia, ex qua multa mala hominibus enascuntur. De scribit hoc Emblema CL.vir Joannes Sambucus, satis magnas vires tribuit cornui Monocerotis, de quo alibi, DEO volente, in peculiari commentario, accuratius differemus.

